ti fuisse creduntur: ut ne dum ea ledere:
sed ne attingere quidem ullatenus presump
sisse videantur. Ex his igitur tot tantisque
tum privatis tum publicis calamitatibus
dici excogitarique non potest quanti et quales
ubique luctus: quanti hinc inde eiulatus
quanti denique ululatus circunquaque audie
bantur. Nam attoniti omnes viri pariter
ac mulieres sparsis reiectisque crinibus iuve
nes et adolescentes: senes & pueri: infan
tes ac lactentes: partim domesticorum suorum
amissione: partim metu ac terrore mortis iam
iamque omnium capitibus imminentis atque
incumbentis et mundani ut ita dixerim
tremoris: partim denique stupore mentis insen
sati videbantur: proinde feminarum ulu
latus puerorum quiritatus: infantium va
gitus: virorum vociferationes undique cir
cumferebantur. Alii .n. parentes: alii libe
ros: alii coniuges vocibus requirebant: cla
moribus resonabant: hi suum illi suorum
casum miserabantur: nec defuerunt: qui

Lachrimosa lamentatio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1077/0249

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG